D ġiatio aeris ex aqua auctio dī: q z est ꝓcessus ad maiꝰ: z hoc modo non fit auctio aliquo accedente: vt supponūt: sed alteratione sine conuersione vnius corporis minoris in maius. ¶Alio modo ꝓ intus susceptione vt in ipsis accidentibus fit: z sic licet fiat appōne: fit ēt extrusione corpusculorū contētorū in meatibꝰ: in quos nutrimentū defertur: z q; rectius res ista in libro de generatione videbitur. sapide expositor ait solutionem hanc esse ad hominem.

¶Omnino aūt ea ratio quę de auctione fit: z de aqua quę in cinerem funditur: ipsa seipsam refellit. nam aūt nihil augetur aut non corpore: aut erunt duo corpora in eodem. dubitationem itaq; cōem soluere volunt: non tamē vacuum esse ostendunt: nisi vniuersum corpus vacuum esse necesse est: si omni ex parte augescit: z auctio fiat ob vacuū. eadez quoq; ratio z de cinere est. ꝑfacile igitur eas rōnes soluere: quibus quidam vacuum esse cōtendunt: perspicuum est.

E

¶Reducit nūc rōnez de auctione in contrariū: z eā quę de cinere facta est. primo sic. oē qō augef sm se z qōlibz sui augef vt supponitur. igit aut id qō augetur: totū est vacuū postq; totū augetur. aut auctio nō fit corpore ingrediente. aut si fit corpore ingrediēte: duo corpora in eodē. ꝓptereа inquit. dubitationē itaq; cōem p cōcessionē vacui enituntur soluere: nō tñ vacuum esse ostendit: nisi vniuersum corpus qō crescit: vacuū esse necesse sit: z hoc si omni ex parte z pz se z qōlibz sui augescit: z etiā auctio fiat ob vacuū: vt dicunt. naz istis duobus concessis rō illa impedit se: deinde addit q eodē modo pōt tozqueri rō de cinere ipso: q; aut vniuersus cinis eē

F pº duboō. dz vacuus si fusio aquę fit in toto: aut nō fit corpore: aut duo corpora in eodē erūt. z sic relinquit nobis solonez ad formā. vt supra de cinere diximꝰ. Ultimo epilogat. z sermo perspicuus est translatione solū. ¶Solēt ambigere captiunculatores vtrū fit vacuū: z licet ad quę stionē plures excitent captiunculas potissimę sunt duę. Prima de elevatione vnius molaris ab altero p remotionez de ꝑtī: vbi pz vacuū interponi: nisi motus aeris sit subitarius. ¶Secba est quodlibet corpus nō esse hic: est pole. vacuū esse hic est pole. deducitur ꝓia: qa si qōlibet corpus non esse hic est pole: nullū corpus eē hic est pole p egpollētiā. nullū corpus eē hic est possibile: hic igitur poterit eē vacuū: multi casus z captiunculę fiunt quę omittātur. ¶Rōnes hę nihil sunt. ꝓmaz quidē Aristo. soluit in secundo de anima vbi negat casum: imo vult inter illa corpora mediare aerē aut aq̄: cuius rei signū affert ex humore: qui inter ea inspicit: z tūc soluūtur oēs rōnes ꝓtra hoc: vt in cōmētationibꝰ quas in qdolescētia scripsimus in libro de aia diximꝰ.

G Sol. rōnū.

¶Ally captiunculatores soluūt cōcedendo imediate post hoc aerē aliquē esse ad centrū molariū: nullū tñ aerem esse illic imediate: post hoc sm qōlibet sui punctum: immo infinita velocitate cōcedunt illum moueri ad punctum mediū: nō tñ erit assignare primū in quo tangef sed vltimū in quo nō. Ally vero dicūt vnū nō posse leuari equaliter ab altero subito: sed bene inequaliter: quo in casu aer succedēte igrederetur. ¶Sed hę solones nō sunt peripatetice: prima qdē non: q; nullibi Arist. facit dziaz inter imediate post hoc aliquid moueri. z aliquid moueri imediate post hoc: q; noia z verba trāspositā idē significāt: vt dz in libro de iterpretatione nec Alex. nec Themi. nec Auer. nec aliquis expositoꝝ veterum. Sed hę captiunculę sunt reperte ꝓp impedimētuz scię cuius signū est: q; summi captiunculatores ois phię sunt penitus ignari. secūda vo: q; molare superpositum non pōt nisi equaliter elevari: q; cōtinuū z durū est: cuiꝰ motus est vnus. Rectius igit dicendū cū Aristo. nostro. Ad scām captiunculatores soluūt sensum illius ꝓpōnis eē cōpositum. vz. hęc propō. nullū corpus est hic. est possibilis: hęc autez est vna indefinita: q nō ꝓbatur illo mō: sed officiabiliter. ¶Nec hęc solutio est peripatetica.

Quales solones.

H

Reꝑhēsio. nō. n. ꝓbatio est aut syll⁹: aut inductio: aut exēplū: aut enthymema: ꝓptereа dici pōt qōlibet corpus non eē hic esse pole diuisiue: nō aūt collective: sive copulatiue. ideo rō nulla est. ¶Scōo quęrit vtrū ablato omni

2º oubō.

I p⁹ rñsio. corpore qđ cõtinet inter 8ᵐ cęlum: poli eius distarent.
¶ Rñdent captiunculatores polos hoc casu stante nõ distare recta distantia. naz illa est dimensio: q̃ nulla est ibidem ablato corpore: sed bñ ipsi distarẽt distãtia curua per semicęlum aut supernũ: aut infernũ. ¶ Sed cõtra. nã a puncto ad punctuz contingit rectam lineã ou cere. igit qõlibet punctũ distat ab altero recta distãtia. ꝓterea dicerez ꝓ eis z me polos illos distare recte ad imaginationẽ mathematici: qui abstrahit a mã sensili. nõ ãt ad imaginationez nãlem: qui nullã cõcipit magnitudinẽ nisi cũ mã sensili. z ita ad imaginationem nãlem curua distarent distãtia ꝓ semicęlũ aut signũ: aut infernum. ¶ Cęterę captiunculę generatim reperiuntur apud omnes communiter scribentes. hęc enim videntur digna aliqua cõsideratione.

Lõfutatio.

Tex.64. K ¶ Quod vero vacuum eo modo separatũ nõ sit: vt quidam autumant. rursus dicamus. nã si cuiqz simplicium corpoz̃ suapte natura latio aliqua cõpetat: vt igni quidem ea quę sursum. terra vero ea quę deorsum z ad medium: perspicuum est vacuum causam lationis non esse. Si alicuius igitur motus vacuum causa sit: eius videbitur sane causa esse qui per locum fit: z huius non est.

Lõfutatio expositiõis Auer.

p⁹ expõ. ¶ Expositores velle videntur Arist. hic ꝓbare vacuum non esse separatum vt quidã asserebant: z huic textus consonat: inquit. n. q̃ enim vacuũ eo mõ separatuz nõ sit: vt quidã autumãt: rursus dicamus. ¶ Hez̃ vo vult Arist. ꝓbare vacuũ qđ quidã separatũ ponierũt non esse cãm motus: cũ ipse simplicium corpoz̃ naturę motuũ suoz̃ causę apertissimę videãtur. z huic expõni cõsonat processus literę: z principiuz̃ sic intellige. q̃ vero vacuũ eo mõ separatũ nõ sit: vt qdaz autumant. v3. cãz motuũ: rursus dicamus. z ꝓbat ex hoc: qz nãz simpliciũ corpoz̃ sunt cãe suoz̃ motuuz: ꝓpterea epilogando cõcludit: si alicuius igitur motus vacuũ cã sit: eius videbitur sane cã esse: qui per locũ fit. aut huius nõ est cã vacuũ: quia vt supplet Themist⁹ vacuũ indĩns gdit: vndiq; potens esse cã motus: vt. v3. ressursuz aut deorsuz ferant. ꝓpterea solę nãz simplicium cãz erunt motꝰ localis.

Expõ scđa Themisty.

L

Quę Auer. comꝰ.64. ¶ Auerroes vo velle vi q̃ Aristo. ꝓbet vacuũ nõ esse cãz vt finẽ ipsius motus: z qz in primis sermonibus: hoc est tractatu de loco declarauit vacuũ nõ esse causaz formalez: hoc est locũ rei locatę: nũc docet ipsuz non esse cãm vt finẽ. ꝓpterea adiecit. rursus dicamꝰ: qz partiz hęc res dicta est. z cõponit syllm a ꝓmo ad vltimũ hoc mõ. si vacuuz est cã finalis motus: maxime esset cã finalis motus localis. z si sit cã motus localis erit cã finalis: cur hic motus est sursum: ille vero deorsum. z si erit cã. ergo vnus erit sursum alius deorsuz: vacuuz erit etherogenię nãz. at destruatur vltimũ ꝓns. est enim vacuuz cõsimilis nãz. igit nõ erit cã lationis: z per ꝓns nullius motus cã erit finalis. ¶ Sed mouet Auerroes dubitationẽ: qz veteres nõ dicũt vacuũ esse cãm motꝰ vt finẽ: sed cãm mãlem in qua fit motus: vt peripatetici asserunt de medio. igitur cõditio nõ vergit ad propositũ. ¶ Rñdet q̃ ideo Arist. declarabit post motũ nõ posse fieri in vacuo vt habeat vacuũ nõ esse cãm vt mãm in qua. Nunc vo declarat ipsum nõ esse cãm vt finem ad abundam doctrinã. imo declarabit ipsum nõ esse cãm lenitatis: nec plenum gratuitis. ¶ Exys infert Auerroes vacuũ nõ esse locuz: hoc enim sequitur immediate ex dictis: qz si vacuũ ipsius motus nõ est cã vt finis: nõ est etiã terminus ad quẽ: z ita nec locus. Tamẽ persuadet hoc alia rõne: qz si vacuũ esset locus hꝫt vnã partem sursuz aliam deorsum: z ita esset dissimilaris nãz. at vacuũ est vniformis naturę. hęc ex cõmẽ. ¶ Sed hęc Auer. expositio de cã finali nõ placet. qz Arist. ꝓbat vacuũ non esse cãm motus. ꝓpterea q̃ vnuscuiusq; eꝰntis natura cã est ꝓpꝛ motus: z certũ est nãm eꝰntis eẽ cãm effectricẽ ꝓpꝛ motus: ꝓpterea vẽ q̃ ꝓbet vacuũ non esse cãm effectricẽ motus. nã eo mõ remouet a vacuo causalitatẽ: quo modo eã eꝰntis tribuit. at cum tribuat eꝰntis cãm effectricẽ: iure hanc a vacuo remouet: z ita nihil de finali loqui vi. ¶ Melius igitur cũ Themistio sentiendũ est Aristo. velle ꝓbare vacuum non esse cãm effectricẽ motus: eo mõ quo cuiusq; eꝰntis nã esse vi: et hęc consideratio differt ab illa: quã in capto de loco fecit. ibi enim ꝓbauit vacuum non esse cãm finalem siue formalẽ: decet igitur nũc ꝓbare ipsum nõ esse causaz effectricẽ. ¶ Assipulatur ãut huic initiuz̃ textus. nã inquit. q̃ vero vacuũ eo mõ separatuz̃ nõ sit: vt quidã autumãt: rursus dicamus: ecce quo ꝓponit ꝓbare vacuũ separatũ nõ esse cãm eo modo quo antiqui dixerũt: actestis est ipsemet Auerroes nullum veterum dixisse vacuum esse causam vt finez: z ita intentio quã proponeret non cõueniret executioni.

Expõ the.

Perfuasio expõnis.

O

¶ Pręterea si est aliquid veluti locus corpore vacans interallum ipsum cã sit vacuum: quo nã fertur corpus quod in illo posituz fuerit. non enim ad vniversum mouebitur.

Tex.65.

¶ Scđo arguit sic. vacuũ est vniformiter z oi ex parte corpore vacãs. igit nõ est cã motus magis ad vnã partẽ q̃z ad alteram. ꝓña tenet: qz si eẽt cã motus magis ad vnã partẽ q̃z ad alteram: esset in suis partibꝰ dissimilare quid. Arist. tñ rõnẽ hãc interrogatoriq̃ ꝓponit: z inquit. ꝓterea si est aliquid vacuum ipm veluti locus corpore vacans hoc est dimẽsio q̃dã separata ab oi natura: interallũ ipm cũ sit vacuũ: quo nã fertur corpus qđ in illo est positũ: nõ. n. ad vniversum atq; ptez oẽm mouebitur. nisi aliquid simul ꝓpter motibꝰ moueri posset. ¶ Exys perspicua est rõ. Auerroes vero vi inter has duas rationes ponere dzias: quaz ꝓma (vt mihi vi) est q̃ ꝓ sumit vacuũ esse vt finẽ motus: z hoc confutatũ est per dictã rõnem. Scđa vero sumit indifferenter vacuũ eẽ sine finem sine mediũ. est igit dzia ex parte cõclusionũ. nã ꝓma probat vacuũ nõ esse finẽ motus. Scđa vo probat nõ esse finem: neq; mediũ: neq; qđ tale regsituz̃ ad motũ. formal igitur pp hęc Auer. syllm hypotetice diuisiue sic. si vacuũ est similaris naturę: tũc cũ aliqđ vnũ corpus fuerit positũ in illo: necesse erit: aut nõ moueaꝰ oino ꝓpter ęqualitatẽ attractionis vndiq; aut vt ꝓz se z qõlibet sui moueatur in oẽm vacui partez: aut vt diuidatur in oẽs partes: quibꝰ põt diuidi. oia hęc mẽbra sunt impossibilia: vt ꝓz oibus. ipsuz. n. moueri ꝑm totũ in oẽm vacui partẽ est impoſe: qz simul moueret duobus motibus 3rys. simil' ipsum nõ moueri ad aliquaz illaz: sed quiescere in qualibet illarum est impoſe: z hęc diuisio siue hoc membruz est ptra sensum: z non sentiẽ. Tertiũ etiam mẽbrũ vtpote diuisio eius in omnes partes nõ sentiẽ: nec põt fieri. z sic via sunt ipossibilia. Hęc harũ diuisionũ siue horuz membrozũ tñ ꝓma siue diuisionẽ: siue mẽbrũ posuit: z duas alias subticuit: qz patẽt ex dictis. est igitur ꝓma forma hypotetica diuisiua a destructione oium partiuz. Aliter formal Auer. nõ sic trimẽbre: sed hypoteticũ cõtinuũ a destructione ꝓntis ad destructionẽ antecedentis hoc modo. si vacuũ est similare:

Quę Auer. comꝰ.65.

P

Quid ex dictis.

Dubõ Ali.

M

Q

A lare: tunc graue aut leue aut aliquod tale qõ mouetur: non moueret: tur ad aliqđ illius partẽ: quia tũc mouereꝰ motibus 3rys: aut dimideretur sm oẽs partes. Modo ꝓns illud q̃ nõ moueretur est contra sensum. igitur vacuũ eẽ est impossibile. hęc est secũda forma syll. ¶ Alexander vero (vt narrat Auer.) vult Aristo. imꝓbare vacuũ separatũ extra mundũ constitutũ: z tunc rõ eius est: qz si aliquod moueretur in vacuo infinito: tũc corpꝰ finitum moueretur in spatio infinito: vt in tertio dictuz est. Motus vero fuit Alexander ad hanc expositionez vt inquit Auerroes: qz Aristo. in subsequentibus dicet primã z secundam formam syllogismi factiz ideo ne sit in textu quid superfluũ: Alexãder sic exposuit. Ego vero Alexãdrum hic nõ legi: nec de Alexãdro aliquid credo Auerroi: cũ ipse nõ Alexandrũ: ßz fragmẽta illiꝰ vidit: ꝓpterea quicqd sit de expõne: ita legenda est: vt dixim⁹: z vt in grecis codicibus legimus.

Expositio Alexã.

B ¶ Eadẽ quoq; ratio ad eos surgit: qui locum separatũ quippiã: in quẽ fertur qđ mouet: arbitrantẽ esse. Nã qđ id quod in eo positũ est aut mouetur aut manet. Quo fit vt z de dẽs ipsis sursum z deorsuz: z de vacuo ipso iure eadẽ rõ accõmodet. si quidẽ qui vacuũ esse ꝓtẽtur: locuz ipsum faciant. z ita rõ ad vtroq; vna eadẽq; existit oino. ¶ Auerroes vero addit q̃ dicentes vacuum nõ pñt solvere duo problemata. Primus ꝓp quid aliqua corpora mouentur in aliquo loco: z quiescunt in alio. z hoc qz dimensiones separę sunt a mã: z nulla hñt insitã vim: per quã possint detinere nõnulla corpora: z aliqs contrariari. Scđm vero ꝓpter quid dẽ loci sunt duę z diuersę: sursuz. v3. z deorsuz. nã ex quo est similare: nulla hz dziam magis in vna parte q̃ in alia.

C ¶ Insuper etiã quo nã pacto corpus aut in loco aut i vacuo erit. nõ. n. id fit qđ rõ exposcit: cũ totũ aliquod corpus vt in separato permanenteq; loco positum fuerit. nam pars si non deorsum ponatur: non in loco est: sed in toto.

¶ Ulterius arguit Aristo. sic. quo nã pacto corpus aut in loco: aut in vacuo erit. supple qz sequit vt totũ z q̃libet sui pars sit in loco: z hoc destruit dicẽs: non. n. id fit qđ hęc rõ exposcit z infert cum totũ aliquod corpus vt in separato permanenteq; loco positum fuerit videlicet q̃ z totum z quelibet sui pars sit per se in loco: quę cõsequẽtia fuit deducta in capto de loco: z destructum fuit ꝓns q hoc: qz nisi pars deorsuz ponit: non in loco est sed in toto. hęc nõ sunt nũc repetẽda: qz diligenter sunt explicata in de loco. capto. z nũc transeant. Sic igit sit nobis q̃ tenentes vacuũ z locum separatum: cogũtur dicere totum z quamlibet sui partem ꝓpter eius penetrationem esse per se in loco.

D ¶ Pręterea si locꝰ nõ est: vacuũ etiã nõ erit.

¶ Demũ arguit si locus nõ est supple spatiũ separatum: vacuum non erit. ac deductũ est non semel locum non esse spatium illud separatum: quare nec vacuum eẽ poterit. vnde hęc rõ videtur vti vnus epilogus omnium rationum: quę a via loci sumptę sunt.

E ¶ His vero qui vt motus esset vacuũ necessario addiderunt: si quis sapide animaduertat: euenit ecõtrario: nihil moueri posse: si vacuũ fuerit. nam quemadmodum nõnulli asserunt terram etiam ipsam ob similitudinez quiescere: ita quoq; in vacuo quoduis quiescere sentiendum est: non enim esse posset quippiam in ipso: quo res magis vel minus q̃z alio deferri deberet. nam vacuum quatenus vacuum est: omnem differentiam abdicat.

Tex.66.

¶ Quicquid velint expositores: vi q̃ Aristo. cõtorqueat ꝓblema in ꝓtrariũ: z probat hãc hypotheticã. v3. si vacuũ sit nõ põt aliquid in illo moueri: sed quoduis corpꝰ in eo ponereꝰ: quiesceret. ꝓponit ãut primo hypotheticaz: z inquit. his vero qui vt motus esset: vacuũ addiderunt: si quis sapide animaduertat: euenit econtrario nihil moueri posse: si vacuũ fuerit. hęc est hypothetica: ꝓbat ãt primo hãc ꝑ simile: vbi debes scire veteres posuisse terrã imobilẽ in medio: qz ea superficies itra quã clauditur: indĩns sit sua natura: at qz oi ex ꝓte similis: quo arguméto terrã quiescere asserũt: cũ id quo perpẽdatur nõ sit. ex hoc arguit Aristo. nã vacuũ est oi ex parte simile: nec in eo quicqđ aut est: aut eẽ posset: quo res magis vel minus q̃z alio deferri posset. nã quatenꝰ vacuuz est: oẽm dziam abdicat: z ois nãz est exps. ¶ Est igitur vis rõnis. in nullo spatio vniformi atq; indifferẽti fieri põt motus. vt antiqui testant. vacuũ quatenus vacuuz est spatiũ vniforme atq; indĩns. igitur in vacuo quatenus vacuũ est: motus fieri nõ põt. ¶ Sed dubitat primo: qz Aristo. vtiꝫ opione falsa ad cõclusionẽ verã. naz illa positio de terra est falsa scđo cęli: z tñ cõclusio nostra est vera. ¶ Respondet Auer. primo q̃ Arist. nõ vtitur illa põne tãq̃z vera: sed quo ad illius põnis rõnem: quia fuit dicta ab antiquis ob rõnem verã: z quo ad hoc ea vtitur Aristo. Scđo rñdet positionẽ illã esse inductam vt indicaret esse falsam põnẽ de vacuo: quẽadmodum illa de terrę gete falsa est. Sed prima solutio est rectior z magis ad mẽtem Themisty. Scđo dubitãt ꝓbãdo q̃ positio vacuo: nõ tolleretur motus. primo: qz tact⁹ corpoz̃ naturaliũ fit a vacuo. secundo qz dato vacuo adhuc cęlum moueret circulariter: z ignis sursum: z terra deorsum. ¶ Sz pro solone litigant blacterones aduersus nouã expositoz̃: de tractu qui fit rerũ ad replendũ vacuũ. vñ sit vtrũ ab intrinseca corpoz̃ quę mouentur natura: an ab extrinseca. Nouus expositor asserit cãm illius tractus nõ esse intrinsecaz: sed extrinsecã. v3. virtutẽ cęli regulatiuã totius huius mũdi: z eꝰntoz̃. Dnic obiciunt blacterones: qz tũc cũ cęlũ sit agens naturale semper talẽ efficeret tractũ. Scđo qz nullus motus qui ab extrinseco fit: esse vi naturalis. nisi passo cõferente vim: tales motus proculdubio non nãles eẽnt. ¶ Alyrñdent alr ꝓpter hęc: z volũt tractũ fieri ab vacuo ipso: nõ qdẽ positiue: sed negatiue: hoc est talis motus fit ne cõtingat vacuuz. ¶ Hęc rñsio (vt mihi vi) riducula est: nos. n. quęrimus de cã tractus: mõ vacuum cũ nihil sit: nullius esse põt cã. Pręterea graue ascendit ne detꝰ vacuũ: vt dicũt: quid est agens talis motus. aut ipsummet graue: aut aliquid extra graue. z ad hoc nõ satisfecit solutio illa. nec rõnes horũ valent. nã agẽs naturale agit ex necessitate finis: cęlũ igit nõ semꝑ talẽ tractum efficit: cum nõ semper sit necessitas implẽdi vacuũ. Ad scõm cõcederet nouus expositor illum motum esse vio-

De cã tractus in vacuo.

H

Rñ⁹. noui expositoris Replica.

Scđa rñ⁹.

Lõfutatio.

Dubõ scđi.

I lentuz penes naturā particularē eius: qō mouetur: naturalē vero ſm naturam cōem. ¶ Sed quicquid ſit: dici poteſt agens pticulare vt graue vel leue: z id genus. agere vno mō vt inſtrumētū naturę vlis ad effectum cōem, alio mō ad effectū ꝓpriū z ſpecificū. tūc dicerē graue mouerī ab intrinſeco atq; forma ſua ḡten⁹ eſt inſtrumētuz vlis naturę ad effectū cōez: qui eſt ordo vniuerſi. z ita eſt naturalis natura cōi. z violentus ꝟ ꝓpriā naturam, graue enim mouetur deorſum vt inſtrumentū naturę vniuerſalis: z ſurſum ad replēdū vacuū: ſed deorſum motus eſt effectus ꝓprius ſibi: z cōueniēs naturę vl: at motus ſurſum ad replēdū vacuū: eſt vniuerſalis effectus tantū. Per hęc ꝑz ad rōnes quęſtiōis. prima enim per hęc ablata eſt. ſcda vero denitur ꝑ hz: qz dato vacuo ſine extra aut intra: totū cęlū z ois natura moueretur ad illud implendum. z ſic vnūqḡ; impediretur a ſuo ꝓprio motu: ob cōem. Hęc plā.

Tex.67. ¶ Primo itaq; cū omnis mot⁹ aut vi aut natura ſit: z ſi ſit motus violentus: etiaz neceſſario ſit is qui natura eſt: quippe cum violentus ſit ꝓter naturā: qui vero ꝓter naturaz eſt: poſterior eſt eo q eſt ſm naturā: fit vt ſi is motus nō ſit qui corporū naturalium cuiq; cōpetit: neaz cęterorū profecto motuū vllus erit. at quo nā modo mot⁹ is erit: qui natura reb⁹ ineſt: cū nulla ꝓrſus ſit rōne vacui ac infiniti differentia. quippe quā ꝙtenus infinituz eſt: eaten⁹ nihil ifra: nihil ſupra: nihil deniq; medium ſit. etiam quo vacuū eſt: eo differt nihil ſupra infraq;. nā quemadmodum ipſius nihil nulla eſt differentia: ſic etiā nō entis nulla erit, at vacuuz quoddā nō ens eſt: atq; ꝓpriatio ꝙdam videl eſſe. ea vero latio quę natura eſt: differentiā aliquā ſubit. quare differētię natura erit. igit aut nō eſt natura latio vſq; aut ſi ipſa ſit: vacuū ipſum in rerū natura nō erit.

¶ Propoſita intentione z aliquantulū per quoddaz ſimile expoſita: nunc ꝓbat illam: z duo ſibi concedenda petit. Primū q ois motus aut vi: aut natura eſt. Secūz q ois motus violentus ꝓſupponit naturalem. nā oē ꝓter nām poſterius eſt eo qō eſt ſm naturam: aut cū motus violentus ſit ꝓter naturā: iure poſterior eſt ipſo nāli. hę ſunt duę ſuppōnes Ariſt. i textu. ¶ Auer. vero colligit ex verbis Ariſto. duas ꝓpones. Prima eſt q ois motus aut eſt nālis aut violentus. ¶ Sed dices cōtra. nā mot⁹: ignis in ꝓpria ſphęra circularis eſt mot⁹: z nō nālis neq; violent⁹. igit ſuppō falſa. ꝓptera Auerroes ſupplet ideſt extra naturā: dz igitur ſuppō intelligi ſic. q ois motus aut eſt nālis: aut nō nālis: z tūc dico q motus cęli in ꝓpria ſphęra eſt nō nālis. Scda ſuppoſitio eſt q oē q hz motū nō nāle: hz nālem. tū primo q nō nāle dicitur reſpectu nālis. tūq; vt Ariſt. dixit violentū eſt poſterius re nāli: veluti primatio poſterior habitu. Addit Auerroes hanc ſcdaz ſuppōnē negaſſe Auicēnā: cōtra: quē nō vult diſputare: qz ſatis de hac in libro cęli eſt diſputatū. hęc Auer. ¶ This habities: ſyllogizat ſic. ſi nullus motus naturalis eſt: nullus motus violentus eſt: ꝙ ſcdam ſuppō. ſed nullus mot⁹ nālis pōt eſſe in vacuo: infinito q; igitur nec violētus. minor declarat in textu: qz ois mot⁹ nālis eſt aut ſurſuz aut deorſum: in vacuo ꝟo nihil ſurſum: nihil deorſum: atq; nihil in medio eſt. nā quēadmodū ipſius nihil: nulla eſt dīa ꝓrſus: ſic etiā nulla erit ipſius nō entis. modo vacuuz quoddā nō ens eſt: atq; ꝓpriatio quędā videtur eſſe. ſ vt diximus oīs latio dīaz aliquā ſubit: vt deorſum: aut ſurſum. ita vt dīę hę etiā natura ſint. z ꝓpterea epilogando. iquit. igitur aut nō eſt natura latio vſq; aut ſi ipſa ſit: vacuū ipſuz in rerū natura non erit. Hęc eſt rōnis vis: z forma: q; ſi Auerroem ſequamur textuz in multos ſyllogiſmos reſoluere poſſimus: quod cum non ſit multum vtile: ꝓtermittimus.

Tex.68. ¶ Pręterea nūc quidē mouētur ea quę ꝓpelluntur: propulſore non tāgēte: aut ob antiperiſtaſim vt aſſerūt nōnulli. aut qz ꝓpulſus aer: motu pellit velociore q; ſit ea latio: q pulſum ipſum in ꝓpriū fertur locum. at in vacuo nihil horum eſſe pōt. quo ſit vt nulla ſit in ipſo latio: niſi ea qua aliquid vehitur.

¶ Scdo arguit ſimplr. nā vt Themiſtius iquit. q; nis videatur oſtenſum ex eo q; nālis motus in vacuo eſſe nō pōt: violentuz quoq; eſſe non poſſe: ſequitur tū. ꝓbat violentū nullo mō poſſe eſſe in vacuo. ¶ Ad cuius euidētiā animaduerte q; duę ſolebāt aſſignari cāę mot⁹ ꝓiectorū ab antiquis. ꝓma q; ꝓiecta mouētur ob antiperiſtaſim aeris medy: nā aer ꝓmus motus repercutiē ad aliū aerez: z ille ad aliū: z ſic vſq; in finem. ſcda eſt q aer qui continuus eſt: a ꝓpulſore velocius pulſus velocius impellit. corpus ꝓiectum. mō ſine ſic: ſine ſic: pectio fieri nō pōt ſine aere medio: at cū in vacuo nihil horum ſit: ideo nulla pōt eſſe in ipſo latio: niſi ea ꝙ aliqd vehitur vt per manus aut humeros aut per aliquid id gen⁹. ¶ Aduerſiōe dignū vt dicem⁹ in 8° q; illa opio de antiperiſtaſi ſolet exponi q; ꝓiectū cū ſeparat a manu: exit velocius q; a ſuo loco: z tūc qz natura abhozret vacuū: aer exſis retro: ad implenduz vacuū: inſequitur ipſum ꝓiectum: z cū inſequitur velociter: attingendo ipſum mouet vltra. Dicit aut hęc grece antiperiſtaſis ſiue retro percuſſio: qz aer exiens monet lapidē: z mouetur ab aere inſequente. ¶ Obyciet huic Ariſto. in 8° huius: qz talis antiperiſtaſis faceret cūcta moueri: atq; mouere retro vſq; ad cęlū. nā aer ē primo ſequentē alię inſequeretur: z illū iterū alius: z ſic vſq; ad cęlū. ¶ Secunda poſitio eſt Ariſto. q; aer motus monet ꝓiectū. Imaginatur enim q; pyciens pellit ꝓiectū: ſimulq; mouet aerem circūſtantē cū eo: nam aer ꝓmo motus monet pellēdo ꝓiectum: in aerem ſcdo loco ſubſequentē: ſimulq; z illū aerem: deinceps ille ſecundus aer motus pellit ꝓiectum in tertio aere monēdo rurſus illū tertiū: z ſic deinceps: cū aūt aer mot⁹ tardi⁹: ac tardius moueat: tādē eſt deuenire ita tarde motum vt nō ſufficiat aliū mouere: neq; ꝓiectū: z tūc ceſſat oīno mot⁹. ¶ Sz an hęc pō ſit vera: in 8° diſputabit. Nūc vo ſufficiat ſcire nihil ꝓtyci poſſe niſi aut per antiperiſtaſiz: aut per aeris ꝓiectionem: quoꝝ nihil eſt in vacuo. ¶ Unde Auerroes componit ſyll'm ſic mot⁹ violētus poſt ſeparationē ab expellēte fit aut ſucceſſione aeris: aut velocitate motus aeris. Sed in vacuo nihil horū eſt. igitur in vacuo nō pōt eſſe motus violētus. ¶ Auerroes vero exponit has duas pōnes: q; ꝓiectū moueri ab aere pōt intelligi. Uno mō per ſucceſſionem vt qz ſuccedit aer pecto in eodē loco: z illi alius: z adhuc illi alius: z hęc fuit poſitio Platonis. Alio mō intelligēdo ꝓiectum moueri ab aere poſt expulſionem: quatenus defertur ab illo: quiſtus forma nāli z ſua leuitate natus eſt cōtinuare

re motū eū in locū: in quē directus erat. z hoc mō ꝓiecto vī vti vectio q̄dā: quę ꝑdurat vſq; i finē: ex eo qz aer mouet velocius ꝟ eſt aptius q; ꝓiectū: qz mouet a ſua foſa; ꝓiectū ab extrinſeco. Et hęc eſt pō Ariſt. vt dicit Auer. ſed an ita ſit: in octauo videbitur.

Tex.69. ¶ Pręterea nemo dicere poterit cui id quod mouet: alicubi ſtabit. cur enī hic potius q; alibi. Quare aut ſtabit: aut in infinitū feratur neceſſe eſt: ſi nō valētius ꝙpiā ꝓpedierit.

¶ Tertio arguit. z probat q; dato vacuo deſtruitur gen⁹ naturalis: quia nemo dicere pōt cur id qō mouet alicubi ſtabit: cur enī hic potius q; alicubi. quare aut ſtabit omnino: aut in infinitū feratur neceſſe eſt: ſi non valentius quippiam impedierit. ¶ Quā conſequentiā Auerroes declarat: quia aut omne vbi eſt naturale illi corpori: aut nullum. cum nulla ſit cā quare alterū ſit naturale: alterū non. Si quodlibet eſt nāle: tūc corpus illud in quolibz illoꝝ nāliter geſcet. ſi vero nullū fuerit nāle: in quolibet eoꝝ mouebit nāliter: z in nullo ſtabit. z ita aut ſemper mouetur: aut ſemper quieſcet.

Declatio Auer. B

Tex.70. ¶ Adhuc nunc quidem in vacuo ex ea corpora ferri videntur: quia cędit. at in vacuo res hęc omni ex parte ſimiliter ſe habet. Quare omnem ad partem ferentur.

¶ Quarto arguit per rōnē ſumptā ab hoiez: nā fatētes corpora moueri in vacuo: ideo hoc aſſerunt: qz vacuū cędit: tunc arguit: ſed vacuū omni ex parte pōt cędere corpori moto. igitur oēm ad partē ferētur corpora: cuius contrariū determinat ſenſus. naz videmus corpora determinata in loca determinata proficiſci.

Tex.71. C ¶ Deinceps z ex his quę dicem⁹ id quod dictum eſt: perſpicuū erit: idē enīz pondus corpuſue velocius ferri duas ob cauſas perpendimus. Aut differētia medy per quod fert: vt ſi per aquam: aut terram: aut aerem moueretur. Aut differētia eius quod fertur ob ponderis aut leuitatis exceſſum: modo ſint eadē cętera. atq; medinz quidem per quod fertur: cauſa eſt propterea qō impedit: maxime quidem ſi cōtra feratur. Minus vero ſi maneat. z magis ſi non eſt facile diuiſile: quale eſt id quod craſſius exiſtit.

¶ Nunc alia via accepta ex parte velocitatis z tarditatis idē nāciſcitur. z primo ſumit duas ſuppoſitiones. prima eſt q; duę ſunt cauſę velocitatis: aut tarditatis: vna quidē extrinſeca: vt reſiſtentia medy: altera vero intrinſeca vt exceſſus potētię ſupra reſiſtentia medy. z hoc inquit. deinceps z id qō dictū eſt perſpicuū erit ex iis: quę dicemus. z ita noua via: quę vt diximus ſumitur ex parte velocitatis z tarditatis. hęc eſt intentio. idē. n. pondus corpuſue velocius ferri duas ob cauſas ꝓpendimus. Aut differētia medy qō fertur: vt ſi per aquā: aut terrā: aut aerem moueret: z hęc cā dz ex parte reſiſtentię extrinſecę. Aut dīa eius qō fertur ob ponderis aut leuitatis exceſſu: mō ſint eadez cętera. vt figura: z cęteria id genus. z hęc dz intrinſeca: quatenus eſt exceſſus potentię. Scda ſuppō eſt q; aliter eſt cā medinz alr pondus ſiue ḡlitas. nā mediū eſt cā velocitatis z tarditatis reſiſtitiua: potius ſe tenens ex parte paſſi. at grauitas z id genus eſt cā actiua potius ſe tenens ex parte agētis. Et hoc inquit. atq; mediū quidez per qō fertur cauſa eſt propterea qō impedit: z ita eſt cā reſiſtitiua ſe tenēs ex parte paſſi. iſtud tñ reſiſtere non eſt eode mō: nā maxime quidē reſiſtit: ſi cōtra fertur ipſi rei motę. vt de aqua quę in flumine nauicule cōtra fertur. Minus vero reſiſtit ſi maneat. z adhuc magis ſi manet: z non ſit facile diuiſibile: quale eſt id qō craſſius exiſtit. hęc eſt ſcda ſuppō. ¶ Sed dices in aialibus cā reſiſtentię non pōt eſſe mediū: cū habeāt intrinſecā reſiſtētia. ¶ Ihe⁹ ait ſuppōnes eiuſmodi ee intelligēdas in ys corpozib⁹: quę q; de ſimilaribus partibus cōponunt: homogeneas appellari diximus: quę q; ad alterū locū ſummū aut infimū mouent. ecce q; de ſimplicibus aut homogeneis ſuppoſitiones ſunt intelligēdę. Utrū tñ velocitas in motu ſit penes exceſſum porētię ad ſuā reſiſtentia: an penes ꝓportionem ꝓportionum potentiaruz ad ſuas reſiſtentias: in ſeptimo libro diſputabitur.

Dubō. Sol. The

¶ Pondus igitur. a. per. b. quidem mediuz in tempore. c. fertur per. d. vero tenuimus quidē illo: longitudine vero equale in tempore. e. ꝓ ratione impedientis corporis. ſit enī. b. quidē aq̄. d. ꝙ aer. Quāto itaq; aer aq̄ eſt ſubtilior atq; tenuior: tāto velocius. a. pondus per. d. q̄ per. b. fertur. habeat igitur rōnem eandem ad velocitatem velocitas: qua diſtat aer ab aqua. Quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior duplo in tempore per. b. medium pertranſibit ad id tempus in quo per mediū. d. fertur: z. c. tempus ad. e. tempus duplum erit: ita quoq; vt quanto ſubtilius eſt minuſq; impediens ac facilius ſectile id per qō trāſitio fit: tanto pondus. a. velocius ſemper fertur. at vacuum nullam rationem habet qua ab ipſo corpore excedatur: quemadmodū ipſuz nihil ad numerum: nam ſi quatuor vno quidē tria: pluribus vero duo: z pluribus etiam q; duo: vnuz excedūt: nullaz ſane rōnem habēt qua ipſuz excedunt nihil. quippe cū id qō excedit: in exceſſum ipſuz: z id qō excedit̄ur: dividatur neceſſe ſit. Quare ipſa quatuor erunt id quod excedunt: z nihil. quocirca neq; lin e a punctū excellit: ſi non ex punctis componatur. Similr z nullam ad plenum rationem habere poteſt: quare neq; etiam motus.

¶ Dis ſic cōſtitutis: declarat ꝑmo q; motus quo mouet aliquod mobile in vacuo nulla eſt ꝓportio ad motum quo idē mobile mouet in pleno: nec temporis ad tēs: ita vt motus in vacuo nō ſit in tempore diuiſibili. z ſyllogiſmus eſt. qualis eſt ꝓportio medy ad medium in craſſitudine z tenuitate: talis eſt ꝓportio motus ad motuz in velocitate z tarditate: z tēporis ad tēpus in longitudine z breuitate: z hoc reſpectu eiuſdē mobilis. Sz vacui ad plenū nulla eſt ꝓportio in craſſitudine: z tenuitate. igit nec motus ad motuz in velocitate. z tarditate: nec tēporis ad tēpus in longitudine z breuitate: z hoc reſpectu eiuſdē mobilis. ¶ Maior dz intelligi in his corporibus: quę mouentur ꝓpter reſiſtentiā medy extrinſecam: vt ſint ſimplicia corpora. nā in aialibus: z eis quę mouent aut volūtate. aut ab ipſa intrinſeca reſiſtentia nō valet. Amplius dz intelligi reſpectu eiuſdez

Expō ſyll'i.

I mobilis:nã pſit duo mobilia inęqualia moueri in duobus medijs ęqu alibus:vbi nõ qualis eſt mediox ꝓportio in tenuitate ꝛ craſſitudie:talis eſt motuũ ꝛ tẽpoꝛũ il lozũ:vt oibus cõſtat. ¶ Quare cũ nulla ſit motus in vacuo ad motum in pleno ꝓportio:motus in vacuo factꝰ: in nõ tpe fiet:aliter poterit eẽ ꝓportio:quę ratio docet vacuũ ipſum potius tollere motũ:quã dare aut cõferre ad ipſum. ¶ Animaduerſione dignũ Themiſtium intelligere maioꝛẽ etiam in mobilibus diuerſis:ſed ſeruata paritate cęteroꝝ vt figuręꝛ ponderis:cęteriſqꝫ id genus:vbi eniꝫ ſunt cętera paria:ꝛ ſunt corpoꝛa quoꝝ motus eſt ſucceſſiuꝰ ꝓ rõne corpoꝛis ipedientis hoc eſt rõne medij:ab extrinſecoꝛ:ſine dubio q̃lis eſt ꝓportio mediorũ penes craſſituꝫ ꝛ tenuitatẽ talis motuũ erit penes ve-

Expõ the.



loꝛ ꝛ tarditatẽ ꝛ tempoꝛum penes lõgitudinẽ ꝛ breuẽ. Circa hanc rationẽ ꝓximo moze geometrę vt ſyllogiſmus facilius habeatur terminos diſponit:ꝛ inquit.põdus igit a.per.b.quidẽ mediuꝫ fertur:ꝛ in tempoze.c.ꝛ idem.a. per.d.tenuius quidem illoꝛ longitudine vo equale in tẽpoze.e.ꝓo ratione ꝛ ꝓportione corpoꝛis medij impedientis:ſine reſiſtentis moueatur.ita vt.b.ſit aqua per quam ipſum.a.fertur:ꝛ.d.ſit aer.hęc eſt temiꝛozum cõſtitutio.deinde ſumit maioꝛẽ:ꝛ inquit.quanto itaqꝫ aer aqua eſt ſubtilioꝛ atqꝫ tenuioꝛ:tanto velocius.a.pondus per.d. q̃ꝫ per.b.fertur:habeat igitur rationẽ eandem ad velocitatem velocitas:qua diſtat aer in tenuitate ab aqua.quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilioꝛ:duplo in tempoze per.b.medium pertranſibit ad id tempus in quo per medium.d.fertur:ꝛ.c.tempus ad.e.tempus duplum erit:ita quoꝝ vt quanto ſubtilius eſt:minuſqꝫ impediens ac facilius ſectile:id per qõ tranſitio fit:tanto pondus.a.velocius ferꝛ:eſt igitur maioꝛ.qualis eſt ꝓportio medij ad mediũ in tennitate:in quibus idem mobile moueturꝰ:talis eſt motuum in velocitate: ꝛ tempoꝛuꝫ in breuitate.hęc eſt maioꝛ:deinceps ſumit minozem ꝛ inquit ac vacuũ nullam rationẽ habet:qua ab ipſo corpoze excedaꝛ:quẽadmodũ ipm nihil ad numerũ:nã ſi quatuoꝛ excedũt tria per vnitatẽ:ꝛ duo excedũt pluribus q̃ꝫ ſit vnuꝰ vt ꝙ duo.ꝛ ipſum etiã vnuꝫ excedũt pluribus q̃ꝫ ſint duo:vtpotę ꝙ tria:nullã ꝓfecto rõnẽ hñt:qua ipſuꝫ nihil excedũt:ꝛ qua ipſum nihil ab illis excedaꝛ.cuius cauſam ſubſcribit dicens:quippe cum id quod excedit:in exceſſum ipſum:ꝛ id qõ exceditur diuidaꝛ neceſſe ſit.verbi cauſa.quatuoꝛ cuꝫ excedant duo in duobus:diuidũtur in duo exceſſa:ꝛ duo quibus excedunt,ideo inferꝛ.quare ipſa quatuoꝛ erunt id quod excedũt.ꝛ nihil:quocirca neq; punctum linea excedit:ſi nõ ex punctis componatur:tandem dat concluſionem:ꝛ inquit.ſimiliter ꝛ nullaꝫ ad plenũ rõnẽ habere poteſt:quare neqꝫ etiã motus. Hic eſt ſyllꝰs totus.

N

¶ Hęc eſt alia demonſtratio:volo exponere cõmẽtum moze noſtro ſolito in cõmẽtis in gbꝰ aligd fructus hꝫ: iõ Auer.duo facit:ꝓmo exponit textũ.ſcõo ibi: Auẽpace aũt.digredit.ꝓma pars cõmẽti ex declaratione textus eſt perſpicua.reſtat igitur ſecunda.

Lotiõ.71.

¶ Auempace autẽ. Hęc eſt ſcõa pars cõmẽti vbi digredi incipit:ozitur aũt digreſſio contra maioꝛẽ.naꝫ Auẽpace inquit.nõ ſequi vt ꝓportio motus eiuſdem lapidis in aqua ad motũ eius in aere ſit ſicut ꝓportio ſpiſſitudinis aquę ad ſpiſſitudinem aeris:niſi motus lapidis eſſet in tempoze ꝑpter hoc q̃ mouet in medio: hoc eſt niſi ſucceſſio in motu attenderetur penes reſiſtentiaꝫ medij.vult igitur Auempace maioꝛem non habere locum,niſi ſupponẽdo ſucceſſionẽ motus eſſe a reſiſtẽtia medij.huic obycit Auempace:q̃ hoc dato motus non eſſet ſucceſſiuus niſi ꝓpter mediũ reſiſtẽs ſiue impediens:mediũ enim videtur impedire rem motam. Modo hoc confutat per inſtantiam in motu cęli:hic eſt ſucceſſiuus ꝛ in tempoze:ꝛ nõ ꝓpter mediũ reſiſtẽs:aut impediens:ꝛ ita maioꝛ eſt falſa oino.

Digreſſio.

O

¶ Et dicit. Poſita qõne Auempaces:nũc narrat eius poſitionẽ:vbi debes ſcire Auempacem tenuiſſe duas tarditates.alteram ex parte limitate virtutis eius qõ monetur:quã nãlem vocat:q̃ conſequitur virtutẽ ac formã rei q̃ mouet.ꝛ hãc ſeruat mobile ipſum tã in vacuo q̃ in pleno. Alteram accidentalẽ ex parte medij extrinſeci:ꝛ hęc accidẽtalis eſt:q̃ accidit mobili ex parte medij:in quo mouetur:ꝛ hęc eſt per accidens variabilis penes media ipſa in quibus mobile mouetur. vult igitur Auempace Ariſto. voluiſſe ꝓpoſitionem mediox in tenuitate eſſe ad ꝓportionem motuum in velocitate ꝛ tarditate accidentalibus:ꝛ non naturalibus:qua ratione teneri poteſt in vacuo eſſe motum:vt expoſitores:ꝛ multi latinoꝝ opinantur.

P

¶ Et hęc ſunt verba eius:nũc narrat verba ipſiꝰ Auẽpaces:vt eius narratio ſit fidelioꝛ:vbi narrando eius poſitionẽ duas tangit rones cõtra maioꝛẽ:tum de motu cęli:vbi ꝓ ipſum eſſe in tpe:ꝛ ſucceſſiuũ:ꝛ tñ nõ eẽ ob medij impedientis:aut reſiſtentis. tum quia motus naturales eſſent violenti:q̃m eſſent ſucceſſiui ꝑ corꝑ impediens:quare violenti.ꝑ intellectu verboꝝ debes ſcire de motibus cęloꝝ q̃ aliquis eſt tardiſſimus vt motus ſtellarũ fixaꝝ:nã ſtellę fixę apud obſeruationẽ Ptolomęi in libꝛo magnę cõſtructionis mouentꝰ in cẽtũ annis gradu vnoꝛ:ꝛ ita.36.millibus annoꝝ peragrãt totũ circulum. ¶ Aliquis eſt velociſſimus:vt motus diurnus vniuerſi in.24.hozis ſemel. Alij inter hoc ſunt mediocres:ꝛ hoc(vt dicit) non eſt niſi ꝓpter diſtãtiã atqꝫ gradus motoꝝ in nobilitate ex virtute:nam qui nobilioꝛ eſt:velocius mouet,qui vo ignobilioꝛ tardius. Hęc colliguntur ex verbis eius.

Q

¶ Et ſi hoc qõ dicit. Obycit aũt nũc Auer.contra Auẽpacem per impoſſibile ſic.ſi ꝓpoꝛtio motus ad motum in velocitate:nõ eſt ꝙ ꝓportione mediox in ſubtilitate:abſolute:ſed ſoluꝫ de velocitate accidentali:tunc poſſet eſſe in vacuo motus velox ꝛ tardus velocitate ꝛ tarditate nãli.naꝫ ſublatis medijs adhuc remaneret rõ intrinſeca:quã tenuit Auempace:ꝛ ita adhuc reſtat motus tẽpoꝛarius:ꝛ non ſubitarius.

¶ Nos autẽ. Auerroes nũc rñdet alr:ꝛ vult totaꝫ cãm ſucceſſionis ꝛ velocitatũ motuũ eſſe penes mediozum tenuitatem

A tenuitatẽ ꝛ craſſitudinẽ:nitiſ aũt ad hoc rõnibus ꝑ:qꝛ diuerſoꝝ effectuũ cãę ſunt diuerſę:ſed ęqualis ꝓportio mediox in tenuitate cęteris paribus. Vꝫ. figura: declinatione ideſt grauitate aut lenitate:ꝛ magnitudine ẽ cã ęqlitatis motuũ i velocitate.igit dña mediox cęteris ẽt paribꝰ:eſt cã diuerſitatis motuũ in velocitate: vt eniꝫ ęqlitas ad ęqualitatẽ:ita dña ad differentiã. nã cõtrarię cãgarguunt effectus contrarios.

¶ Et iſte ꝓpones. Colligit ꝓpones in quibus cõſiſtit tota ratiõis vis:ꝛ ſunt duę. Prima eſt ꝙ qũ ſunt duo mota ęqlia i grauitate ꝛ lenitate:figura:ꝛ magnitudine:ꝛ mouentꝰ inęqli aut vno meꝰ:motꝰ eoꝝ ſunt ęqles in velocitate:ꝛ tarditate:ꝛ ꝙ vtrũq; ptrãſit equale ſpatiũ in tpe ęqli. Scõa ꝓpõ eſt ꝙ cęteris paribꝰ: cũ media ſint diuerſa in tenuitate motus eoꝝ diuerſantur dña ꝓportionali. Dę.n. ꝓpones ſeſe inferũt:vt diximus iã pauloãte.

B ¶ Et vlr manifeſtũ eſt. Colligit ex his cãꝫ diuerſitaꝫ motuũ ꝛ ęqlitatis in velocitate ꝛ tarditate:ꝛ vult ꝙ ſit diuerſitas ꝛ ęqualitas ꝓportionis motoꝛis ad rem motã: nã cũ fuerint duo motoꝛes ꝛ duo mota:ꝛ ꝓportio vniꝰ motoꝛis ad ſuum motũ.eſt vt ꝓportio alterius motoꝛis ad ſuũ motũ:tales motus qui ab illis ꝓficiſcuntur erunt ęquales in velocitate:ꝛ ſi ꝓportiones erunt inęquales ꝛ diuerſę:ẽt motus erũt inęquales ꝛ diuerſi in velocitate ꝛ tarditate. Et hęc regula hꝫ locũ in oibus taꝫ in coꝝporibꝰ ſimplicibꝰ q̃ꝫ mixtis:hꝫ nõ eodẽ mõ:nã in ſimplicibꝰ reſiſtẽtia rei motę eſt extrinſeca:vtpote rõne medij:qõ ſe tꝫ ex pte rei motę:vt dicemꝰ. in mixtis vo reſiſtentia eſt intrinſeca:ꝛ nõ ex pte medij:ſ ex pte rei in actu:q̃ eſt alia a re q̃ mouet.diuidif.n.oę mixtũ in motoꝛẽ in actu ꝛ motũ i actu.ſimpleꝝ vo minime.ꝓpea in ſimplicibꝰ id qõ eſt loco rei motę:eſt mediũ extriſecũ reſiſtẽs.hinc ꝑ eẽ reſiſtẽtiã interdũ ex pte medij tñ vt in ſimplicibꝰ: interdũ ex pte mobil'tñ:vt in cęlis:q̃ mouentꝰ ꝓ reſiſtẽtiã mobilis ſolũ:vt dicemꝰ:interdũ ex pte medij ꝛ mobil':vt i mixtis ꝛ aialibꝰ:vbi reſiſtẽtia ẽ:tũ rõne medij: tũ rõne rei q̃ mouentꝰ in actu.ꝛ ita Auerroes ꝓ rẽ motã intelligit totum reſiſtens quicquid ſit illud.

C

¶ Et hoc idẽ eſt. Declarat in violentis penes qd attẽdit ęqualitas ꝛ inęqualitas motuũ.ꝛ ingt.eẽ idẽ in violẽtis vt in nãlibus:ſed nõ eodẽ mõ penitus: nã in nãlibꝰ ęqlitas ꝛ diuerſitas velocitatũ neq; eſt penes reſiſtẽs tñ: neqꝫ penes potẽtiã motoꝛis tñ:ſed penes ęqualitates aut diuerſitatẽ ꝓportionũ potẽtiaꝝ ad ſuas reſiſtẽtias: quęcunq; ſint illę.at in violentis ęqualitas ꝛ diuerſitas velocitatũ ſunt penes ęqualitatẽ ꝛ diuerſitates mediorum reſiſtentiũ aut impedientiũ:qñ tales motus nõ fiũt ab inclinatione intrinſeca:ſed penitus extrinſece ꝓcedũt.ꝓpterea inquit:vt in naturalibus nõ ſequitur ęqlitas velocitatũ ad ęqualitatẽ potẽtiaꝝ tñ qñ ꝓportio diuerſaꝝtur:ita nec in violentis põt eẽ ęqualitas qñ media diuerſantur.eo q̃ diuerſatur mediozum ꝓportio. ecce igitur ꝙ in violentis ęqualitas ꝛ inęqualitas ſunt ſolũ ꝓpter ęqualitatẽ:ꝛ inęqualitatẽ mediozũ. ¶ Sꝫ dices tẽ eadẽ velocitate mouebiꝭ.a.mobile violẽter in aere eodẽ ab.b.virtute:ꝛ.a.c.qõ eſt falſũ:poſito ꝙ ſint inęquales. ¶ Propterea dixit Auer. ꝑ potẽtys in motibus violentis exñtibus partibus ęqualitas ꝛ diuerſitas erũt ex parte mediozũ.at in motibus nãlibus erũt ꝓ ꝓportionũ ęqualitates aut diuerſitatem:quã potentię hunc ad mota.nã in nãlibꝰ motꝰ ſunt ab itrinſeca icli natione:in violẽtis vo minime. ¶ Hęc Auer. in hac ratione ad fructuꝫ adiecit. ¶ In quibus apparet tam in motibus nãlibus q̃ violẽtis ꝙ talis eſt ꝓportio motus ad motũ in velocitate q̃lis motoꝛis ad rẽ motã hoc eſt potẽtiaꝝ mouẽtiũ ad ſuas reſiſtẽtias: verũ eſt aliq̃ dña: nã in violẽtis reſiſtẽs eſt ipediẽs:ppea ẽ in illis ęqlitas aut diuerſitas ꝓ diuerſitatẽ ꝓportionis ipediẽtis: at in nãlibꝰ reſiſtẽs nõ eſt impediẽs:ſ reſiſtẽs tñ abſq; impedimẽto,quę rõ docet nãles motus eẽ ſucceſſiuos ob reſiſtẽtiaꝫ:ꝛ nõ ob impedientiã:qõ Auẽpace ignozat.

E

¶ Et ſi hoc eẽt. Hęc eſt ſcõa rõ Auẽpaceꝝ: vbi debes ſcire ꝙ Ariſt.in fine ſeptimi phyſicoꝝ.ponit hãc regulã. ꝙ cũ aliqõ mouẽs monerit aliqõ corpus ꝑ aliqõ ſpatiũ in aliquo tẽpoze:idẽ mouẽs mouebit medietatẽ illius corpoꝛis: hoc eſt medietatem reſiſtentię illius corpꝛis ꝑ idẽ ſpatiuꝫ in medietate illius tẽpoꝛis.hęc regula nunc ſupponatur tanq̃ vera: qꝛ in 7° diſputabiſ. ¶ Arguit mõ Auer.ꝙ data põne Auẽpaces.vꝫ ꝓportio mediox in tenuitate arguat ꝓportionez velocitatiũ ꝛ tarditatiũ accitaliũ:tũc illa regula eẽt falſa ſimplr:hoc eſt nõ vlr ꝛ in oibus vera eſſet:nam eſſet tñ vera in tarditate ꝛ velocitate accitalibus:quę ipſi motui cõpetũt merito medij reſiſtẽtis:ꝛ non in ipſis motibꝰ abſolute reſpectu oiuꝫ.vbi eni nullũ eſſet mediũ reſiſtens:nulla poſſet aſſignari ꝓportio inter potẽtias motiuas reſpectu reſiſtentiarũ:ꝛ ita neqꝫ ipſoꝝ motuũ:ita quare regula non fuiſſet vlis in oibus:cuiꝰ ẽ vez:qꝛ in libꝛis phyſi. traduntur regulę vles in oibus. vis igit hui' rõnis ẽ ꝙ regula ſeptimi phyſi.eẽt de velocitate ꝛ tarditate ipſaꝝ ꝛ nõ de motibus abſolute ꝛ reſpectu oiſ ſpatij.

F

¶ Et cã iſtius erroꝛis. Nũc vult ꝓfitare motuũ Auẽpaceꝝ:ꝛ ꝓximo narrat ipſuꝫ:vbi debes ſcire ꝙ Auempace fundabaꝭ in duobus. Primũ erat ꝙ tarditas ꝛ velocitas ſint additio ꝛ diminutio motuum: tarditas quidẽ diminutio. velocitas vero additio:ſicut linea quę additur lineę:ꝛ diminuitur ab ea. Verbi gratia. ſit vnus motus ſupra ſpatium.a. b. in hoza velocitas erit motus ſuper ſpatium.a.b.c.in eadem hoza. ita vt.b.c.ha-

G



H

beatur tanq̃ velocitas. Tarditas vero eſt:vt ſi aliq̃ mobile moueatur in hoza ſpatio.d.e.aliud vero debilius ſupra ſpatium.d.f.ita vt tarditas ſit hęc diminutio e.f.hoc eſt primũ. Scõm eſt ꝙ ꝓportio mediozũ reſiſtẽtiũ eſt qualis eſt velocitatũ ꝛ tarditatũ: q̃ addũtur:ꝛ nõ qualis illa motuũ:qui ꝓponebantur penes ꝓportionem motoꝛuꝫ ad mobilia circũſcriptis medijs. Di.n.

Solo.

Cõis rla.

I motus pz̄supposit: motus nāles siue sensiles ab Auer. appellāt̄r. ita vt sint tres motus: vnus naturalis siue sensilis q est pp ꝓportionē motozis ad mobile nulla habita rōne ad mediū. Alius est diminutio q̄ cōsurgit a resistentia medij: alia est velocitas: q̄ addit̄ ab excessu potētię nulla ratione habita ad mediū. hęc. n. consurgit ꝓpterea: q̄ potētię q̄ mouet mobile nulla rōne hita ad mediū crescit ad duplū: aut triplū: aut ad aliq̄ ꝓportionē. Qua rōne euenit vt possit eē q̄rtus motꝰ aggregatꝰ ex nāli: addito. Ex ys arguebat Auēpace cū resistētia mediozū sit cā tarditatis accītalis: seqūt vt ꝓportio mediozū nō sit ꝓportiōis motuū: ꝫ tarditatū accītaliū.

¶ Qui qui. Scōo arguebat sic. si qualis est ꝓportio medij ad mediū in raritate z dēsitate: talis est ꝓportio motus ad motum in velocitate z tarditate. igit̄ q̄lis est ꝓportio resistētię ad resistētia: talis erit motꝰ sensilis ad motū sensilem. patet ꝑia: q̄ ab vno argt̄ quertibiliter ad reliquū. nā resistentia z mediū cōuertunt. sil̄r z motus: z motus sensilis: z intelligo ꝑ motū sensilē totū motum: q̄ capit̄ a sensu in actu. destruit Auēpace ꝑis isto: maz si qualis est ꝓportio resistētię ad resistētia talis est ꝓportio motꝰ sensilis ad motū sensilem: z qualis est ꝓportio resistētię ad resistētia talis est ꝓportio tarditatis ad tarditatē vt dictū est. igit̄ q̄lis est ꝓportio tarditatis ad tarditatē: talis erit ꝓportio motꝰ sensilis ad motū sensilez: sed tarditas est motus diminut̄ a nāli motu. igit̄ q̄lis est ꝓportio diminuti ad diminutū: talis erit remanētis ad remanēs. ℔ ꝑis ē falsū. igit̄ aliqua ps añcedētis erit falsa: ꝫ nō illa tarditas est motꝰ diminut̄ a motu nāli neq; illa. q̄lis ē ꝓportio resistētię ad resist[a] talꝫ ē ꝓportio tarditatꝭ ad tarditatē. igit̄ illa ē f'la. q̄lis ē ꝓportio resist[a] ad resistētia talis ē motꝰ sensil' ad motū sensilē: qđ ē ꝓpoᵐ ipsi⁹ Auēpa. qđ vo illud sit falsū. vz. q̄lis est ꝓportio diminuti ad diminutū talis est remanētis ad remanens: p3 i numeris z magnitudinib⁹. Sint enī. a. b. duo numeri aut magnitudines ęquales ambę. vz. vt quatuor: z ab ipso. a. diminuaf vnū: ab ipso vo. b. duo: p3 tūc q; nō q̄lis ē ꝓportio diminuti ad diminutū talis est remanētis ad remanēs: nam diminuti ad diminutum ꝓportio est dupla: remanentis vero ad remanens sexgaltera. sil̄r rōne z de additione deduci potest.

¶ Sz dīnt. Rīdet Auer. ad rōnē hāc ipsi⁹ Auēpa. z negat silitudinē: nā qñ ex q̄titate mathematica diminuit aliq̄ q̄titas i actu remanet residuū q̄titatis i actu: ꝫ qñ a motu nāli demit̄ gcq̄: tūc motꝰ nālis nō remanet nisi i poᵗ: z nō i actu. z ita nō ē sil'e. ℔ rīsio ꝑt itelligi vnoᵐ: q̄ dissilitudo ē q̄tū ad ℔: q̄ facta diminutiōe ab ipsa q̄titate residuū manet in actu ꝑmanentiq; ꝫ facta diminutione a motu: remanet residuū in ptāte: q̄ nō ꝑmanēs: sed in fieri z ita silitudo nulla. Aut pōt itelligi q̄ ſʒ Auēpacē motus mere nālis eē nō pōt nisi in vacuo in actu: in medio, vo resistēti semp est violētus actu: z nālis potestate: q̄tenus ꝓtinet̄ in illo: tunc pz dissimilitudo.

¶ Ergo tūc motꝰ. Soluta qōne: arguit ℑ Auēpa. q̄ data hac sua imaginatiōe ois motus sensilis: quē videmus in elīnt: eēt violētus: z nō nālis: q̄ ois talis eēt ꝓpter resistētiā medij ipediētis. z ita violētus: z ita in solo vacuo posset eē motꝰ mere nālis: vbi nullū est ipediens.

¶ Uerū tñ dicimus. Rīdet tacitē objectioni. posset enī q̄ri. vtrū qualis est ꝓportio medij ipediētis ad mediuz ipediens: talis sit tarditatis ad tarditatē: rīndet q; sic: ꝫ non est extimādū tarditatē ipsaz esse motū additū motui naturali: nā naturalis est tardus: z velox: ēt vt violentus. imo ois motus est sua tarditas.

¶ Et ista q̄. Nūc explanat q̄lis sit q̄ ipsi⁹ Auēpaces: z ingt eā eē sophisticā: q̄tenꝰ peccat in loco a sil'i: ē tū (vt dicit) difficilis: q̄ est ꝑ locū a cōmutata ꝓportione: cuz eni motꝰ assil'etur lineę vł q; illud q̄ linęę accidit: motui ēt cōtingat. z ita est difficilis sol'onis

¶ Declaratū est igit̄. Epilogat oia ōclarata: z sunt duo. Primū q; ꝓportio ipediētis ad ipediēs ē q̄lis ē motuuz absolute: z nō tarditatū additaꝝ. Scōm est. q; ℔ est vez tā in nālibꝰ motibus q̄z violētis: ꝫ sit dūia: nā in nālibꝰ ꝓportio motuū est ſm ꝓportionē mediozꝝ nō qdē impedientiū: ꝫ resistētiū. Jn violētis ꝫ ꝓportionē mediozū ipediētiū. Sz nō eodē mō in nālibꝰ mixtoz z simplicii: nā in nālibus mixtoꝝ ꝓportio motuū est ſm ꝓportionē potētiaꝝ ad sua mobilia etiā: m simplicibꝰ ad sua resistentias: siue entrinseca: siue intrinseca.

¶ Sed q̄ret aliqs. Sz circa dicta mouet Auer. qōnē: q̄ ꝫ ꝓcedat eē talē motuū ꝓportionē: q̄lis ē mediozꝝ: adhuc nō ſeq̄t i vacuo motū eē i nō tpe: q̄ ꝑt esse aliqđ qđ mouet i vacuo ꝑ resistētia intrinseca: nō qdē ex pte medij ℔ ipsi⁹ mobil'. z ita ablata oi resistētia medij: z remanēte illa mobilis: poterit adhuc motꝰ eē in vacuo in tpe.

¶ Et ad ℔ est. Rīdet breuiter regulā illā hāc locū i cozporibꝰ simplicibꝰ: vbi ois resistētia ē ex pte medij: nō āt in aialibꝰ aut mixtis: vbi est ēt resistētia intrinseca: circa hāc rīsionē. Primo sumit vnū q; motus cozporū simpliciū mediantibus aqua z aere nō sunt motus impediti a medio: ita vt mediū hēat rōnē ipedientis. tū ꝑ: q̄ tales motus nāles nō eēnt sine medio, tū 2º: q̄ in solo vacuo essent motus nāles: q̄ solo illo est ablatio medij.

¶ Et cā in ℔ est. Reddit nūc cām q̄re talia mota indigēt medio: ex eo q̄ res mota dz hāe cū motozū aliquā resistētia: qua potētia motozis excedat potētiā illi⁹: z hoc est verū ēt in motibus nālibus, nā si nō eēt talis resistentia: tūc glibet motoz posset mouere qlibz cozp⁹ indifferenter. igitur in motis simplicibꝰ necessaria est ℔ resistētia: z cū nō ex pte itrisecą: vt dicef. igit̄ pp mediū.

¶ Et pp diuersitatē. Nūc q; ℔ suppoᵐ ꝓficat tria. ꝑᵐ q; ꝑ talē resistētia nō ꝑ aditiuā: sed ꝑmotiuā: q̄ est inter motozē z rē motā simp'r z vł'r: diuersant̄ motꝰ cozpoꝝ celestiū ꝑ velocitate z tarditate. Celū. n. suo motozi resistit nō ꝑ ipediendo: sed ꝑmouendo: siue cōtinēdo.

¶ Et ꝑ hāc. Scōz ē q; ꝑ talē resistētia motoz ñ mouet rē motā: nisi q̄ potētia eius excedit potentiā rei motę: nā res mota aliqua ex parte est similis motozi: aliqua ex parte dissimilis: quę dissimilitudo est causa resistētię z successionis. z ita ipsum resistēs nō est ipediens ne motus fiat: sed ne motus fiat subito. Celū eni nō resistit motozi ne motus fiat: sed ne motus fiat subito.

¶ Et hoc est intelligēdū. Tertiū est verificatio dicti ipsi⁹ Auēpaces: ait in cozporibꝰ celestibus vnū motozē esse altero nobiliozē. intelligit eniz vnū motozē eē plus excedētē suum mobile alio: z ita velocius mouet alio.

¶ Et manifestū est. Dis verificatis declarat nūc in q̄bus inuenitur hęc resistētia intrinseca: z in quibꝰ nō: z vult illā repiri vł'r in his quoꝝ mouēs z res mota sunt actu distincta: vt in celis: z aialibꝰ. Jn celo enim res mouēs est aia: quę est res actu: res mota ē ipsiꝫ celū: qđ est res actu alia ab anima. z in aialibus similt'r. Jn rebꝰ vo sim plicibus non reperitur vt in elīntis: q̄ in illis motoz est fozma: res mota est mā. mō mā nō est res actu resistens ipsi fozmę. Sz dices Auer. 8. huius. com. 4. t. 30. t. 3. celi. ait fozmā eē motozē z motū. hic dicit mām eē rē motā. Dici pōt q; in elīntis ſm Auer. id qđ mouet vt qđ est ipz totum: id qđ mouet vt quo est ipsa fozma. Jd vo quod mouef vt qđ est ipsum elīntum cū medio, hoc. n. totū hz rōnē totiꝰ mobil' resistētis i actu. id quo mouef remote

est

A est potentia z ipsa mā: quę est prima radix passionis. Jd vo quo mouef ꝓpinquę est fozma: nā opz motozē z rē motā eē aliquo mō i actu. z sic tollit ꝺdictio.

¶ Et q̄ hęc. Nūc rīdet ad fozmā qōnis: z vult dctꝰ Ari. esse intelligēdū in ys quę mouent ꝑ resistētia extrinsecā ℔ est in cozporibꝰ simplicibꝰ. cū. n. illa simplicia nō dimidant̄ iter motozē z rē motā in actu: iō impole est ea moueri sine medio: z hoc ꝓfirmat auctate Ar. n. 8. vbi ait aialia z cozpa celestia moueri a seipsis: et inta vo z simplicia cozpa ab alio: q̄ ad eoꝝ motū cōcurrit medium.

¶ Si igitur. Probat hāc rīsionē: nā si ℔ cozpoza vt elīnta mouerentur sine medio: tunc nulla esset resistētia inter motozē z rem motā: imo nihil moueref: z sic hoc eēt nihil moueref in tēpore: ꝫ subito: demeref enī ois resistēta tā intrinseca: q̄z extrinseca: z vt dico in elemētis. ita in ceteris quę mouētur motu simplici.

